Ro fiunt vnum etc sequitur. Modus alius

Recipe de cera et coque in aqua donec liquefiat et
eice aquam illam et fac ita sepe donec alba fiat
et collige ceram et serua etc sequitur alia forma

Forma faciendi genus cere marmoree etc

Accipe de marmore albo et tere subtilissime grossum et agi-
te ad glutinem totum et facias laminas vel tabulas ex
eo super petram marmoream planam et dimitte siccari et
sic qui accipimus de marmore pisto sicut dixi et confice cum
terbentina liquefacta super ignem conficiendo mediocriter et ex-
tende super tabulam marmoream donec infrigidetur et hec est cera
marmoris quod fit ad opitare vero illud quod apparet ad
nos non vidi qualiter fiat nec vidi aliquem qui viderit Et
qui pulueritabis eam et super volueris ponere quod sit ad gradum
suo completum nisi sunt ossa facte ponere secundum coniectionis cera
molli etc Modus faciendi sal armoniacum

Accipe lapides qui reperiuntur in fontibus calidis balneorum et
accendantur ad ignem predictum illius loci et sic lapides fiunt
qui coagulantur ex virtute sulfuris qui est illa fontium
Recipe ergo ex illis et tere bene et pone super eos in olla
habente amplum orificium et pone super os eius pixidem vitream
vitream et pone simul cum eis et luta labia olle et pixidis et
quod facias ei fumum discrete quod ita olla possit sustinere vim
ignis et luta os furni cum argilla Et accende ignem sub olla
et aspice ad fundum quod est in pixide Et si videris ibi aggregari ali-
quid incipere Dimitte fortiter aptius sic est donec egrediatur
tota humiditas eius Et incipiet aggregari sal album sicut sal
armoniacum et tunc cum quod claudis fortiter bene et augeas
ignem bene tota die Deinde dimitte furnum infrigidari Et cum
est infrigidatum detege vas et frange pixidem et aufer
salem que est in ea cum facilitate et serua etc

Et sic finitur liber marmorum Incorruptio vero vi-
nitie medicabilis secundum practicam solemnem sequitur [illegible]
: laus deo et deinde etc

Fingit se medicum quivis ydeota prophanus
Iudeus monachus histrio rasor anus
Medicus astronomiam ignorans est qui inter pluralem leges